

S. nam licet Cels. Inter cætera autem ut dispositio authentica & præterea unde vir, & uxor, & sic beneficium quartæ locum sibi vindicet necessariò prærequisitur, ut ultra inopiam superstis dicitur prædefuncti conjugis concurrant Barz. decif. 126. num. 4. Handed. consil. 93, sub num. 18. versic. vir fuerit dives, lib. 1. Trentacinq. dicto consil. 60. n. 8. lib. 1. Menoch. consil. 505, sub num. 2. versic. quod conjux defunctus fuerit locuples. Natt. consil. 605, num. 12. Monach. dec. Lucen. 50, num. 3. Merlin. de legitim. lib. 2, tit. quæst. 23, nu. 48. Donat. de renunciat. cap. 35, nu. 5. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5, gl. part. 12, num. 38.

Hujusmodi autem quarta si non adsunt communes filii à superstite ex conjugibus etiam quoad proprietatem acquiritur. Natt. dicto consilio 605. num. 1, & sequent. Mangil. de imputat. quæst. 146, num. 2. Donad. de renunciat. dicto capite 35, num. 10. At ubi filii supersunt, quartam consequitur, non quidem in proprietate, sed in usufructu. Surd. dec. 8, num. 13. Donad. de renunciat. cap. 35, num. 12. Non sic tamen se habet respectu mariti inopis, ex quo dum filii succedunt ipse usumfructum consequitur, idèque excluditur à quarta, ut ratiocinantur Fontanell. de pæctis nuptiæ claus. 5, gloss. 8, part. 12, nu. 39. Hodier. ad Surd. dicta decisione 61, num. 5. An quarta inopis ex conjugibus debita impedit ne vidua in anno luctus alimenta consequatur controvertunt Doctores ex traditis per Mart. Medic. dec. Senen. 89. n. 23, 27 & 24. & qualiter probet paupertas ad effectum consequendi quartam post alios dispungunt Antonin. de Marin. resolut. 346, lib. 1. Monac. dicta decif. Lucen. 50, ex n. 34. Donad. de renunciat. dicto capite 35, à n. 43, & ex num. 38. Rota in dicta Romana Quartæ 24. Aprilis 1651, ferè per totam Cels.

Ratio consequendi legatum à marito uxori relictum in quartam eidem uxori ob egestatem de jure debitam provenit ex communi distinctione inter debitum à voluntate simpliciter dependens & ex necessitate legis causatum, quam sequitur Auctor hic num. 5. ubi post alios quod relictum non compensetur cum debito voluntario, + sed compensatio subintret quando debitum à lege descendens necessarium, quâ ratione legatum compensatur cum quartâ ex jure decreta. Turret. cons. 10, n. 3, lib. 2. Arias de Mel. lib. 2, cap. 9, num. 14. Merlin. Pignatell. controv. 44. nu. 9, lib. 2. Quam distinctionem licet plures impugnant apud Arias de Mel. var. resol. lib. 2, cap. 9. n. 15. & Bottill. de success. ab intell. cap. 3, Theoremat. 115, sub nu. 5, vers. quæ tamen distinc. Verumtamen a prædicta distinctione non esse recendum post innumeros suadent ipsimet Bottill. de success. ab intell. capite 3, Theoremat. 115, num. 7. Arias de Mel. var. resol. libro 2, capite 9, numer. 14, & 15, in fine, & exornavimus ad cap.

C A P U T X I X.

S U M M A R I U M.

1 Causa alimentorum summarie tractatur.

2 Alimenta futura dicuntur debita à die litis contestata. Alimenta habens aliundè ex quo vivere possit ex juris dispositione aut officio judicis debita non consequitur num. 5. Secus si jure actionis debeantur num. 6. Debita jure actioni etiam præterita debeantur num. 7.

- 3 Appellatio non datur in causa in qua agitur de alimentis futuris.
- 4 Transactio super alimentis quando fieri possit.
- 5 Debitor ex causa dotis tenetur ad alimenta erga filium.
- 6 Creditor recipiendo solutionem à debitore, solutione cedit prius in causam alimentorum, deinde fortis.
- 7 Vidua si esegit interesse dotis ab hereditibus mariti præsumitur quod eos interpellaverit.

JA M diximus supra ad cap. 4. num. 1. in causa alimentorum summarie procedi * quam conclusionem præter ibi adductos comprobavit Auctor hic numero 1. Tondut. de pens. capite 51. numero 16. Quod tamen intelligitur de alimentis præsentibus aut in futurum debendis pauperi: futura autem alimenta * dicuntur etiam debita à die litis contestata ad notata per nos supra ad c. 8. n. 3. & insuper animadvertis Ruginell. de appell. c. 2. §. 3. n. 27. Scac. de appellat. qu. 17. limit. 7. n. 15. Franc. dec. 605. cum adductis per Tondut. de pens. dicto cap. 51. numer. 15. & ref. civ. 187. num. 11. partitione 2. & repetit Auctor in hoc cap.

Nec in causa alimentorum, dum de futuris pauperibus relictis controvertitur dari appellationem * dicebam ad dictum c. 8. n. 1, & nunc addo Ruginell. de appell. part. 2. §. 3. n. 27. Tondut. de pens. capite 51. num. 14, & resolutione 172. numero 14. partitione 3. Decreto judicis & evidenti utilitate aliendis concurrentibus non dubitatur quin renunciatio alimentorum, aut super eis transactio * validè fieri possit ad tradita per nos infra capite 70, & pro constanti habet. Tondut. resolutione 30 numero 14. lib. 1, alias generaliter constitutum existit super alimentis futuris ex testamento pervenientibus transfigi non posse. Tondut. de pens. c. 57. n. 15. 16, & 17. ubi ampliat, etiamsi debeantur ex contratu originem ducente ex testamento. Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. art. 40, vers. sed sic adverte fol. 269, ubi quod neque inter plures alimentorum legatariorum sine decreto transfigi valeat.

Habens aliundè ex quo vivere possit alimenta juris ex dispositione aut officio judicis sibi debita * consequi non potest. Rota decisione 193, numero 68, pag. 5. & decisione 55. num. 2. partitione 8. recent. Mart. Medic. decif. 89. num. 19. & 20. ubi limitat, nisi in se alendo contraxerit debita. Carref. in silv. term. arb. 16. n. 25. & 26. dixi alleg. 107. n. 10, lib. 3. Secus autem si jure actionis debeantur, * quo casu etiam habens aliunde, ex quo vivere possit alimenta consequitur. Buratt. dec. 705. nu. 3. ibique Ferentill. n. 9, cum adductis per Rotam dicta dec. 55. nu. 3, part. 8. recent. & faciunt tradita per Auctorem hic n. 7. Ideo non impeditur quominus agat præterita* quantumvis si aluerit, nec exinde debitum conflaverit. Gratian. discept. 60, n. 19, cum aliis apud Ferentill. ad Buratt. dec. 705. n. 10, cum adductis per Rotam decif. 398, n. 25. & 26. p. 9, tom. 2, recent.

Unde debitor ex causa dotis promissa qui interim ad alimenta * se obligavit, quemadmodum de jure etiam absque mora aut interpellatione erga filiam aut neptem tenetur. Rota in Romana dotis 19, Junii 1654. §. non obstat in fine Vero spacio: recipiendo simpliciter solutionē * à debitore in computum crediti solutum prius cedit in extinctionem alimentorum, quam attingat sortem. Spad. consil. 219, n. 27, lib. 2, Mart. Medic. dec. Senen. 75. n. 22, & 23. Cene. de censib. quæst. 103, nu. 8. Joan. Franc. Andri. controv. 135, n. 32. Buratt. dec. 1. 9, nu. 5, ubi declarat non procedere, quando solu-

Observationum de Alimentis. Cap. XX.

tio cantat pro sorte Arias de Mel. resol. 26, num. 7, & seq. lib. 1. Rota in dicta Romana dotis 19 Junii 1654. in princ. Vero spacio, vide infra ad cap. 51. Cardinalis Ottob. dec. 242. n. 28.

Quantum verò ad heredes si convenit de fructibus dotis, aut intereste dotis non restituenda, via dua de facto exegerit præsumptio * interpellationis intrat aut quod heredes se pro interpellatis habuerint, quod sufficit ut interfusura legitime exegisse dicatur, ut post alios dixi alleg. 107. nu. 35, lib. 3. Cardinalis Ottob. dicta decisione 242. numero vigesimo quinto.

C A P U T X X.

S U M M A R I U M.

- 1 Reus idem, ac conventus dicitur. Amplia ut numero 2. An quis sit, attenditur origo cause n. 3. In causa alimentorum tenetur edere actori n. 6. Amplia ut n. 7. Limita ut n. 8. Non tenetur regulariter edere actori n. 10. Ad replicationem fundandam tenetur actori edere n. 15. Instrumenta propria actoris, aut communia tenetur exhibere num. 17.
- 4 Actor dicitur provocatus in remedio legis diffamari Cod. de ingen. & manum. Amplia etiam si sit Clericus num. 5.
- 9 Actio ad exhibendum differt ab actione ad edendum.
- 11 Emphyteuta tenetur edere Domino.
- 12 Investitura præsumitur prima.
- 13 Judicis arbitrio remittitur an quis tenetur edere.
- 14 Diffamus etiam reus potest petere editionem instrumentorum à diffamatore.
- 16 Frater habens omnes scripturas fratri non habenti edere tenetur.
- 18 Interesse petentis exhibitionem probandum est.
- 19 Juramento probatur.
- 20 Existentia penes edere debentem concludenter probanda. est. De præterito in præsens non præsumitur numero 21. De tempore litis motæ probanda est numero 22. Probata de tempore litis motæ in progressu judicis præsumitur n. 23. Excluditur si is à quo petitur editio jure amissæ nu. 24. Limita ut num. 25. Limita secundo ut numero 26. Limita tertio ut numero 27.
- 28 Edere recusans condemnatur ad damna & interesse.
- 29 Rationes reddi possunt, etiam sine libris.
- 30 Heredes pulsati ad edendum excusantur si cum juramento negaverint existentiam.
- 31 Exhibitio fieri debet si confert ad causam.
- 32 Jura relata in producillis quando exhibenda.
- 33 Instrumentum quod potest haberi à notario non est edendum.

REUS idem ac conventus dicitur * qui possidens in judicium provocatur c. focus de verb. obligat. Post. de manut. observ. 1, n. 3. & post tract. decif. 417, n. 1, & seq. Osaf. dec. 151, n. 2. Scac. de sent. & re judic. gloss. 10, n. 14, & gloss. 11, n. 7. Affl. dict. decisione 268, n. 4. Tondut. de prævent. c. 21, n. 1, p. 2. Carrace. de for. privileg. qu. 20, num. 2, & bene explicat Galupp. in prax. part. 1, capite 6, nu. 1, & n. 2. Larr. dec. 4, n. 13. Giurb. decif. 25, nu. 1, 2, & 6, etiamsi ad judicium fuerit citatus si sua putat interesse, * nam per dictam citationem efficitur reus, si non principaliter, saltem causativè necessarius quatenus executionem impedire velit.

Præter huc adductas limitationes peculiarem aliam addo, quoniam emphyteuta, Vassallus,

C 4 aliquie

Nevizan. consil. 20, n. 19. Cyriac. controv. 383, numero 6, & 7. Affl. dict. decisione secunda n. 9, & decisione 24, sub n. 7, verificulo quia ex quo. Seraphin. decisione 957, num. 6. Hodier. ad Surd. decisione 26, numero 2, & 3, ubi reprobat Surd. ad Diana resolutione 20, partitione 1, fol. 21. Antonin. de Amat. resolut. 32, numero 8, & per totum: ubi tamen limitat quoad possessorum Leoncelli decisione Ferrar. 57. n. 18. Rota penes Post. de manutent. decisione 325. n. 16, & coram Eminentissimo Ottob. decisione 237, num. 6, & 7, & in Romana domus 27 Novembris 1643. Bichio. Et ad dignoscendum quid sit Actor, * aut Reus principium, & origo causæ inquitur Rota decisione 30, num. 10, part. 5, recent. repetita apud Duran. decif. 60, & in Romana fideicommissi seu Salviani 23 Januarii 1654, §. secundum autem objectum Cerro. Provocatus tamen ad judicium, ex remedio, l. diffamari 5. C. de ingen. & manumiss. dicitur Actor * & provocans 4 verè reus dum petit se absolvit. Cyriac. controv. 161, num. 1, & 2. Merlin. decisione 144. nu. 2, & 3. Capyc. Latr. decisione 89. Sanfelic. decisione 168, num. 2, & 3, ac per totum. Palm. consil. 12, num. 1, & seq. Osaf. decisione 151, nu. 6. ac per totum. Antonin. de Amat. resolutione 52, num. 2, & 3. Carleval. de judic. disp. 2, quæstionem 4, nu. 199. Fontanell. dec. 321, numero 11, & seq. ubi quod in hoc remedio etiam Clericus, * Ecclesia, aut Episcopus coram saeculari convenientur ut originaliter actores. Spad. consil. 162, nu. 13, lib. 2. Leoncell. decif. Ferrar. 57, nu. 19, latè Corravio. de fori privileg. quæstionem 20, num. 12, usque ad finem quæstionis: ea ratione, quia quis agere potest contra aliquem ut agat quod repetit Ciarlin. controv. 34, à nu. 1, ad 11.

Regula universalis à limitationibus exordium defunctorum hic à n. 1, ad 6. Auctor post alios in medium afferit teneri reum * in causis alimentorum actori edere, id quoque comprobant Joann. Ant. ab Eccles. observ. 49, n. 9, lib. 1. Quam limitationem extendunt quoque Doctores ad causas favorabiles * & privilegiatas, ut præter huc adductos videtur est apud eundem ab Eccles. dicta resolutione 49, n. 10, lib. 1. Genecen. in prax. quæst. 174, nu. 1. Novar. de privil. miserab. personar. 14, n. 4. Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 13, sub n. 30, versic. in favorem tamem. Leoncell. de priv. paup. 107, n. 2. & per totum. Mart. Ventur. consil. 11, nu. 16, & 79. Sperell. dec. 121, n. 84, & 85. Rota in Romana vinea ad aquam sanctam 31 Martii 1642, nu. 8, & 9. Cerro. ubi limitat in concursu similis personæ; quod tamen * sublimitatur quoties aliundè probationes haberi possent. Cyriac. contr. 544, n. 114.

Discrimen inter actionem ad exhibendum, & actionem ad edendum * prosequitur Auctor hic n. 6, & 7. Osaf. decif. 16, n. 3, & per totum. Cigal. de act. §. 23, n. 24. ad 30. Joan. Ant. ab Eccles. observ. 51, nu. 1. & per totum lib. 1.

Regulam deinde universalis subiectit, nu. 8, juxta quam reus edere rationes & instrumenta * 10 actori non obstringitur. Cyriac. controv. 16, n. 12, & 20. Palm. consil. 51, n. 1. Buccafer. consil. 39, n. 32. Joan. Ant. ab Eccles. observ. 49, n. 1, & 2, lib. 1. Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. q. 27, n. 1. E converso autem actor reo edere cogitur latè Joan. Ant. ab Eccles. observ. 48, n. 1, & per totum lib. 1. Leoncell. de privileg. pauper. 107, num. 4. part. 2. Rota in Romana vinea ad aquam sanctam 1. Juli 1641, n. 1. Cerro.

¹¹ aliique recognoscentes* rem à Domino per ipsum conveni edere coguntur. Nig. de Laudim. quæst. 6. n. 16. 28. seq. ac per totam tom. 1. Fulgin. de emphyt. cit. de contract. emphyt. quæst. 27. & per totam. Alios cumulati allegat. 53. n. 3. lib. 2. Mart. Vent. dicto consil. 11. n. 79. & 82. Bene verum est, quod si emphyteuta aut Vassallus producat investitaram, * vel præsumitur prima, vel præcedentibus conformis. Bero. consil. 77. n. 28. lib. 1. Thesaur. decif. 227. nu. 14. Rot. in Forolivien. scilicet nullius Castrorum 14. Martii 1657. n. 14. Albergato impressa apud Censal. ad l. unic. si quis Imper. male §. 29. num. 24.

Cujuslibet editionis causam esse æquitatem, unde tota ratio de edendo, & exhibendo reposita videtur in arbitrio judicis* ad tradita per Auctorem hic n. 14. & 34. Palm. consil. 51. n. 7. & consil. 72. n. 13. Post de manuten. obser. 99. nu. 1. Joan. Anton. ab Eccles. obser. 49. n. 22. & seq. lib. 1.

¹⁴ Ita ut diffamatus etiam reus possit à diffamatore* petere editionem instrumentorum. Gail. practic. obser. 9. n. 9. lib. 1. Carraciol. de for. privileg. quæst. 20. nu. 19. Joan. Anton. ab Eccles. obser. 49. n. 24. lib. 1.

Ad replicationem fundandam teneri reum actori exhiberi* subiungit Auctor hic nu. 13. Thesaur. quæst. forens. 76. n. 1. lib. 1. Altograd. consil. 23. n. 8. lib. 1. Cyriac. controv. 13. nu. 70. latè Palma consil. 51. & n. 4. ad 12. & consil. 72. n. 13. & 14. & n. 15. ubi quod reus actori edere ex magna causa veluti* frater habens omnes scripturas fratris non habenti. Joan. Anton. ab Eccles. dict. obser. 49. n. 12. lib. 1.

Instrumenta autem propria actoris, sive com munia cum reo, reus* ipse actori exhibere cogitur, ut prosequitur Auctor hic n. 19. & 20. Magon. decif. Lucen. 5. n. 3. Buratt. decif. 345. nu. 2. Palm. dicto consil. 72. n. 10. & 11. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 49. nu. 11. & 16. ubi quod in privatis requiratur causa, pro qua præceptum judicis sufficiat.

Ad effectum quemquam cogendi ad exhibendum requiritur primo constare de interesse petenti exhibitionem,* quemadmodum post alios exornat Auctor hic n. 36. Cavaler. decif. 82. & decif. 542. utrobius n. 1. Seraph. decif. 1224. num. 4. Merlin. decif. 569. n. 12. & decif. 709. numero 6. Joan. Anton. ab Eccles. obser. 51. n. 16. lib. 1. Ferentill. ad Buratt. decif. 266. n. 7. Rot. decif. 235. nu. 1. p. 8. recent. & in Romana Vincæ ad aquam sanctam 1. Juli 1641. n. 4. & 5. ubi quod sufficiat interesse ratione possefuntur, & 31. Martii 1642. n. 1. Cerro. Quod sane interesse regulariter probatur juramento* Ferentill. ad Buratt. decif. 266. sub n. 8, & dicitur satis Joan. Anton. ab Eccles. obser. 51. n. 17. lib. 1.

Deinde ad eundem effectum editionis existentia penes edere debentem* concludenter, & non præsumptivè probanda est, ut subiungit Auctor hic n. 37. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. n. 13. lib. 1. Durand. decif. 166. n. 1. Ferentill. ad Buratt. dicta decif. 266. n. 9. Cyriac. controv. 544. n. 18. 19. & 20. latè Merlin. dicta decif. 569. n. 3. & per totam. Nec ex eo quod quis scripturam cuius petuit editio, alias penes se habuerit* & præsumatur etiam nunc habere, intrat coactio ad exhibendum. Merlin. decif. 569. n. 2. Coc. decif. 63. n. 3. Beltram. ad Ludovis. decif. 129. sub n. 6. cum adductis per Cyriac. dicta controv. 544. n. 22. Rota dec. 259. sub n. 6. versic. nec valet p. 1. recent. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. sub n. 12. versic. Nec est bona lib. 1.

Existentiam propterea petens editionem de tempore huius motæ* probare obstringitur Beltram. ad Ludovis. d. decif. 129. sub n. 6. vers. Et probari debet. Rot. d. decif. 259. n. 6. p. 1. recent. & dec. 278. n. 4. & seq. in crim. Farinac. Cyriac. dicta contr. 544. n. 21. Joan. Anton. ab Eccles. obser. 48. n. 22. & obser. 51. n. 10. & sub n. 16. vers. nempe de tempore lib. 1. Quà probatione peracta existentia de tempore huius motæ intrat præsumptio* apud ipsum reperiri durante judicio, & sufficit ad effectum exhibitionis Cavaler. dicta decif. 82. n. 6. Rot. decif. 235. n. 5. part. 8. recent.. Alias existentia sic non probata ad excludendam editionis obligacionem sufficit illum à quo exhibito petitur, jurare se tales scripturas amisisse, * quodque debiu ad habitus diligentis eas reperi non potuerit. Rota decif. 267. n. 4. in crim. Farinac. Duiand. decif. 166. sub n. 2. vers. non obstat. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. n. 23. lib. 1. Ferentill. ad Buratt. dicta decif. 266. n. 10.

Verm hæc conclusio plures recipit limitaciones, & primò ubi agitur de gravi præjudicio, * quia tunc obligatus exhibere non te eximit iuramento Cavaler. dicta decif. 82. nu. 8. Ferentill. ad Buratt. decif. 266. n. 11. Deinde juramentum de ammissione non suffragatur* quando contra eum, qui tenetur edere, adest suspicio aliqua. Cavaler. dict. decif. 82. n. 9. repetita in crim. Farinac. dec. 278. Durand. dicta decif. 166. sub n. 2. vers. neque obstat. Ferentill. ad Buratt. decif. 266. nu. 12. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. num. 26. lib. 1. Tandem limitatur conclusio in eo, qui non ex officio judicis, sed jure actionis* ad edendum tenetur propter obligationem quam ex contractu, aut ex munere alicuius officii sibi injuncto ad custodiandum scripturam petitorum obstrictus reperiatur, quia tunc aliter quæm per juramentum ammissio, seu calus ammissionis probandus veniret. Rot. decif. 238. nu. 2. & seqq. p. 4. divers. & decif. 97. nu. 2. & seq. in crim. Farinac. latè Cyriac. controv. 544. num. 13. 14. & 15. Ferentill. de Buratt. decif. 266. numero 13. & ad decif. 278. num. 13. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. nu. 26. & seq. lib. 1. Qui vero cogi potest exhibere* & non exhibet, ad damna & interesse partis condemnatur. Parif. consil. 57. nu. 8. lib. 1. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. n. 16. lib. 1. Ferentill. ad Buratt. decif. 266. n. 7. Rot. decif. 235. nu. 1. p. 8. recent. & in Romana Vincæ ad aquam sanctam 1. Juli 1641. n. 4. & 5. ubi quod sufficiat interesse ratione possefuntur, & 31. Martii 1642. n. 1. Cerro. Quod sane interesse regulariter probatur juramento* Ferentill. ad Buratt. decif. 266. sub n. 8, & dicitur satis Joan. Anton. ab Eccles. obser. 51. n. 17. lib. 1.

Cæterum quoad administratores, dum præcisè non tenentur confidere libros,* ex quo etiam sine illis rationes reddere non impediuntur ex cumulatis per nos allegat. 124. nu. 42. lib. 3. Joan. Franc. Andr. con. 106. n. 8. Mantic. decif. 256. num. 7. Camuncul. decif. Bononiensis. 36. n. 5. Ludovis. dec. 274. n. 6. & in annot. n. 8. Cyriac. controv. 412. n. 21. & 22. & contr. 544. n. 109. & seq. Ideo etiam in istis administrationibus ad effectum cogendi eos ad edendum probatio existentiae prærequisitur, eoque magis in hæreditibus, quia pulsati ad edendum* per negativam cum juramento de non existentia ipsorum penes ipsos liberantur. Menoch. consil. 354. num. 6. Joan. Anton. ab Eccles. dicta obser. 51. n. 20. & 23. lib. 1. & latè persequitur Auctor hic ex num. 38.

Exhibitio scripturarum ita demum fieri debet si illæ conferant ad causam,* Bero. consil. 19. nu. 12. lib. 3. Magon. decif. Lucen. 5. n. 7. Rot. decif. 235. num. 6. part. 8. recent. Jura vero relata in productis, quando edenda* dispungit Monac. decif. Lucen. 26. per totam, quodque exhiberi debeat post

alios

Observationum de Alimentis. Cap. XXI. & XXII. 33

alios firmat. Joan. Anton. ab Eccles. obser. 49. n. 5. lib. 1. Nec instrumenti, quod potest haberi à Notario * facienda est editio. Thesaur. quæst. 50. n. 5. lib. 4. Joan. Anton. ab Eccles. obser. 48. nu. 26. lib. 1. Ludov. dec. 129. nu. 4. Seraph. decif. 1477. n. 10. Tertius quando ad exhibendum posit fit compelli inquit Auctor hic n. 45.

CAPUT XXI.

SUMMARIUM.

- 1 *Judex officium suum non impertitur nisi petenti. Sententiam non profert, nisi altera ex partibus instanti num. 2.*
- 3 *Clausula jus & justitiam quid operetur.*
- 4 *Sententia non effectuata non attenditur.*
- 5 *Causa alimentorum est privilegiata. In ea Judex officium suum interponit etiam non requisitus num. 6.*
- 7 *Pupillo nobili pro alimentis scuta viginti singulo mense assignantur.*

PRÆTER hic adductos, quod judex non petenti officium suum* non impertiat animadventum. Gail. practic. obser. 50. num. 6. lib. 1. Georg. Mund. consilio 27. n. 184. lib. 1. Fenzon. ad statut. Urb. cap. 100. nu. 28. dixi allegat. 74. nu. 12. lib. 2. Valasc. consil. 145. nu. 8. Mantic. decif. 145. n. 2. & 3. ubi quod lex disponens ad favorem alicuius non habeat locum, nisi petatur, etiam si velit ipso jure fieri. & decif. 272. n. 8. San felic. decif. 135. n. 23. Monac. dec. Florent. 39. n. 8. & Bononien. decif. 27. n. 14. Hinc judex nec * sententiam proferre potest, nisi aliqua ex partibus instanti, alias redditur nulla. Monac. decisione Lucen. 43. n. 1. Fontanell. dec. 360. n. 7. dixi alleg. 21. n. 45. fol. 387. lib. 1. & nunc addo Rota decif. 73. nu. 29. part. 9. tom. 1. recent. ubi dubitatively loquitur. & se remittit ad duas decisiones in eadem causa emanatas, quarum altera impressa reperitur apud Marchesani. de commiss. Part. 3. fol. 393.

Verum quia in petitionibus in judicio deductis solent apponi clausulae salutares, & potissimum illa, jus, & justitiam* per quam omne remedium petenti magis utile censemur propositum, ex quo inferatur quod judex etiam super non petitis officium impertiri possit. Capyc. decisione 10. numero 22. dixi allegat. 57. nu. 1. lib. 3. Dexart. decif. 100. numero 15. siquidem istud indubitanter procederet, quando inepti petitionis ex inepta conclusione ejusdem desumeretur, securus autem si deficeret petitio ex inepta agendi causa. Mascard. de probat. concl. 1248. n. 57. Leoncill. decif. Ferrar. 50. n. 7. Rota dec. 269. nu. 4. & 5. part. 9. tom. 1. recent. ubi quod nihil profitetur actori jus, si ineptam, & incompetentem actionem institut. Cæterum validitate sententia etiam præsupposta, dum non appetat effectuata* in consideratione haberit nequit, nec facit jus, ut dicebam allegatione 54. numero 30. & allegatione 59. nu. 4. lib. 2. Rota decif. 321. num. 31. part. 9. tom. 2. recent.

Cumque alimentorum causa favorabilis, & præ cæteris maximè privilegiata* præexistat, ut alias dixi, & probat post alios Georg. Mundan. consil. 26. n. 46. & consil. 29. n. 11. lib. 2. inde propterea fit, ut judex suum officium interponere possit, etiam non requisitus* super præstatione alimentorum. Rota dec. 476. n. 2. part. 9. tom. 2. recent. & latius tradidi ad caput 3. supra.

In taxatione autem alimentorum facta per jucundem pro pupillo nobili, ac illius foro in scutis tercentum annuis non dicitur continere excessum, quippe quoniam pupillo duxat ducatoni viginti * menstruales assignari consueverunt, comprehensis expensis Pædagogi, & unius famuli necessariorum instructioni, Curæ, & servitio nobilis juvenis l. cum plures 13. §. cum tutor, ibi, in primis mercedes præceptoribus ff. ad administrat. Roman. consil. 425. sub n. 1. versic. igitur in primis mercedes præceptoribus. Cephal. consil. 674 n. 3. ibi pro alimentis ac disciplinis. Cavalc. de tut. num. 275. Guttier. de tut. part. 2. cap. 3. nu. 1. & 2. Munaz. de ratiocin. cap. 22. n. 55. & 56. & cap. 27. n. 37. Menoch. de arbitr. cas. 173. n. 4. Thomal. de tut. & curat. tit. 18. numero 101. fol. 171. latè Rota in Macerat. redditionis rationis 20 Februarii 1647. §. Salarium vero, versic. tamen quia tutor, & 5 Junii 1648. §. minus obstat, versic. & Salaria respicitive Melito. Assignatio igitur tercentum, & sic virginis quinque in singulo mense pro pupillo, ac foro nobilibus exigua porius quam exorbitans diadicatur. Et in Viterbiæ redditionis rationis 10 Junii 1648. §. nam Tutor. versic. Quorum quantitas Ghisilerio.

CAPUT XXII.

SUMMARIUM.

- 1 *Argumentum ab alimentis ad legitimam, & è contra non valet. Nec de alimentis ad vitam, & militiam, & è contra nu. 2. Declara ut num. 3.*
- 4 *Vita, & militia succedit loco alimentorum.*
- 5 *Provisio alimentorum lite pendente super vita, & militia quando decernatur.*
- 6 *Alimentarii per obitum, quando alimenta extinguantur & num. 7. & num. 8.*

NI L aliud inquirit, prosequitur, aut concludit Auctor in hoc capite, nisi quod ab alimentis ad legitimam, nec è contra argumentum procedat, * & istud firmarunt quoque Velat. in prax. part. c.p. 18. n. 39. & 40. Ciarlin. controv. 45. num. 41. Mangil. de imputat. quæst. 9. numero 10. & 11. & pluribus exornat Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 1. quæst. 3. per totam. Hodie. ad l. hac edictali, quæst. 7. num. 28. & seq. Tametsi legitima sit debita pro necessariis alimentis. Menoch. consil. 1192. numero 12. Rota decif. 62. nu. 23. part. 5. recent. Joan. Franc. Andr. controv. 287. numero 9. Arias de Mef. var. resol. 37. numero 10. lib. 3. Merlin. de pignor. & hypoth. tit. 1. quæst. 1. nu. 11. Sicut nec valet argumentum de alimentis ad vitam* & militiam, & è contra, nisi quanto ad extinctionem, ex quo ob mortem alimentarii cessant alimenta, quemadmodum per obitum * secundo geniti extinguitur onus præstandi vitam & militiam. Franch. decif. 61. numero 7. Cap. pan. de jur. relev. part. 2. quæst. 15. n. 25. & sequent. ac per totam. Bottilier. de success. ab intestat. cap. 3. Theoremat. 110. n. 36. Hodie. ad l. hac edictali quæst. 6. n. 7. Salgad. in Labyr. credit. part. 1. c. 24. num. 79. Antonin. de Marin. resolut. 239. nu. 4. & seq. lib. 1. Joan. Carol. Antonell. lib. 2. cap. 43. num. 2.